
LEcti-o Epístolæ be-á-ti Jo-ánnis Apósto-li.
CAríssimi: Omne, quod natum est ex De-o, vincit mundum: et hæc
est victóri-a, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum,
ni-si qui credit, quóni-am Jesus est Fí-li-us De-i? Hic est qui venit per
aquam, et sánguinem, Jesus Christus: non in aqua so-lum, sed in aqua et
sánguine. Et Spí-ri-tus est, qui testi-ficátur, quóni-am Christus est vé-ri-tas.
Quóni-am tres sunt, qui testimóni-um dant in cælo: Pater, Verbum, et
Spí-ri-tus Sanctus: et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimóni-um
dant in terra: Spí-ri-tus, et aqua, et sanguis: et hi tres unum sunt. Si testi-
móni-um hóminum accí-pimus, testimóni-um De-i ma-jus est: quóni-am hoc
est testimóni-um De-i, quod ma-jus est: quóni-am testi-ficátus est de
Fí-li-o su-o. Qui credit in Fí-li-um De-i, habet testimóni-um De-i in se.